

des, si non hábeat ópera, mórtua est in semetipsa.

XXI. OCTOBRIS.

S. Hilariónis Abbat. Epístola: Diléctus Deo, de comm. Abbat. pag. xix.

XXV. OCTOBRIS.

SS. Mártyrum, Chrysánthi & Daríæ.

Léctio Epístolæ Beáti Pauli Apóstoli ad Corínthios.

2. Cor.
6.

FRatres, Exhibeâmus nosmetipsos sicut Dei ministros, in multa paciëntia, in tribulatiõibus, in necessitatibus, in angustis, in plagis, in carcëribus, in seditiõibus, in labõibus, in vigiliis, in jejuniis, in castitate, in sciëntia, in longanimitate, in suavitate, in Spíritu sancto, in charitate non ficta, in

verbo veritatis, in virtute Dei: per arma justitiæ à dextris, & à sinistris, per glóriam, & ignobilitatem, per infamiam, & bonam famam: ut seductores, & veraces: sicut qui ignoti, & cogniti: quasi moriētes, & ecce vivimus: ut castigati, & non mortificati: quasi tristes, semper autem gaudentes: sicut egētes, multos autem locupletantes: tamquam nihil habentes, & omnia possidentes.

XXVI. OCTOBRIS.

In festo S. Evarísti Papæ & Mártyris.

Léctio Epístolæ Beáti Jacóbi Apóstoli.

Charíssimi, Beatus vir, qui suffert tentatiõem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet corõnam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se. Ne-

mo

F E S T A

N O V E M B R I S.

I. NOVEMBRIS.
In festo Omnium Sanctõrum.

Léctio libri Apocalypsis Beáti Joánnis Apóstoli.

Apoc.
7.

IN diēbus illis: Ecce ego Joánnes vidi alterum Angelum ascendentem ab ortu solis, habentem signum Dei vivi: & clamavit voce magna quatuor Angelis, quibus datum est nocere terræ & mari, dicens: Nolite nocere terræ & mari, neque arbõibus, quoadúsque signemus servos Dei nostri in frõtibus eõrum. Et audivi numerum signatõrum, centum quadraginta quatuor millia signati, ex om-

ni tribu filiõrum Israēl. Ex tribu Juda duodecim millia signati: Ex tribu Ruben duodecim millia signati: Ex tribu Gad duodecim millia signati: Ex tribu Aser duodecim millia signati: Ex tribu Néphthali duodecim millia signati: Ex tribu Manasse duodecim millia signati: Ex tribu Símeon duodecim millia signati: Ex tribu Levi duodecim millia signati: Ex tribu Issachar duodecim millia signati: Ex tribu Zabulon duodecim millia signati: Ex tribu Joseph duodecim millia signati: Ex tribu Bénéjamin duodecim millia signati. Post hæc vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo

pó-

póterat ex ómnibus gētibus, & tribubus, & pópulis, & línguis, stantes ante thronum, & in conspéctu Agni, amícti stolis albis, & palmæ in máribus eórum: & clamábant voce magna, dicétes: Salus Deo nostro, qui sedet super thronum, & Agno. Et omnes Angeli stabant in circúitu throni, & seniórum, & quátuor animálium: & cecidérunt in conspéctu throni in fácies suas, & adoravérunt Deum, dicétes, Amen. Benedictio, & cláritas, & sapiéntia, & gratiárum áctio, honor, & virtus, & fortitúdo Deo nostro in sæcula sæculórum. Amen.

INFRAOCTAVAM

Omniū Sanctórum, & in die Octáva, dicitur éadem Epístola.

IV. NOVEMBRIS.

In festo S. Cároli Episc. & Conf. Epist. Ecce Sacerdos, de com. Conf. Pont. pag. xii.

IX. NOVEMBRIS.

In Dedicatióne Basilicæ Salvatóris dicitur Epist. In diébus illis, Vidi sanctam civitátem, Jerúsalem, ut in Annivers. Dedic. Eccl. pag. xxiii.

X. NOVEMBRIS.

In festo S. Andréæ Avelíni Conf. Epist. Beátus vir, de comm. C. non Pont. pag. xvi.

XI. NOVEMBRIS.

In festo S. Martíni Ep. & C. Epist. Ecce Sacerdos magnus, de com. C. Pont. pag. xii.

XII. NOVEMBRIS.

In festo S. Martíni Papæ & Martyr. Epist. Cha-

rís-

ríssimi, Communicántes Christi passiónibus, de commun. unius Martyr. non Pont. pag. v.

XIII. NOVEMBRIS.

In festo S. Didaci Conf. Epistol. Fratres, Spectáculum facti sumus, de comm. Conf. non Pontif. pag. xvi.

XV. NOVEMBRIS.

In festo S. Gertrúdis Virgin. Epist. Fratres, Qui gloriátur, ut in comm. Virgin. pag. xix.

XVII. NOVEMBRIS.

In festo S. Gregórii Thaumáturgi Episc. & Conf. Epist. Ecce Sacerdos magnus, de comm. Conf. Pont. pag. xii.

XVIII. NOVEMBRIS.

In festo Dedicatióne Basilicæ SS. Apost. Petri, & Pauli Epist. In diébus

illis: Vidi sanctam civitátem Jerúsalem, ut in Anniversario Dedicatióne Ecclesiæ, pag. xxiii.

XIX. NOVEMBRIS.

In festo S. Elisabeth Viduæ Reginæ Hungariæ. Epistol. Mulierem fortem quis invéniet? de comm. nec Virgin. nec Martyr. pag. xxi.

XX. NOVEMBRIS.

In festo S. Felicis de Valois Conf. Epist. Fratres, Spectáculum facti sumus, pag. xvi.

XXI. NOVEMBRIS.

In festo Præsentatióne B. M. Virg. Epist. Ab inítio, & ante sæcula, ut in Votivis B. M. pag. xxviii.

XXII. NOVEMBRIS.

In festo S. Cæciliæ Virg. & Mart. Epist. Dómine

MOO

Gg

Deus

Deus meus, de commún. non Pont. pag. xvi.
 Virg. & Mart. pag. xix.
XXIII. NOVEMBRIS. In festo S. Cleméntis Pa-
 pæ & Mart. Epist. Fra- tibi Dómine rex, de
 tres, Imitatóres mei estó- commún. unius V. & M.
 te, ut in Domínica xxiii. pag. xviii.
 post Pentecósten. pag. 160.
XXIV. NOVEMBRIS. In festo S. Joánnis à Cru-
 ce Conf. Epist. Beátus vir, ut in commún. Conf. Martyr. Pont. pag. i.



XXV. NOVEMBRIS. In festo S. Catharinæ V.
 & M. Epist. Confitébor
 tibi Dómine rex, de
 commún. unius V. & M.
 pag. xviii.
XXVI. NOVEMBRIS. S. Petri Alexandrini Ep.
 & Mart. Epist. Charís-
 simi, Beátus vir, qui
 suffert, de comm. unius
 Martyr. Pont. pag. i.

COM-

C O M M U N E
S A N C T O R U M .

IN VIGILIA
 unius Apóstoli.

Léctio libri Sapiéntiæ.

Ecl. 44. c

Benedíctio Dómini
 super caput justi.
 Ideò dedit illi Dó-
 minus hæreditâtem, & di-
 vísit illi partem in tríbu-
 bus duódecim: & invénit
 grátiam in conspéctu om-
 nis carnis. Et magnificâvit
 eum in timóre inimicó-
 rum, & in verbis suis
 monstra placâvit. Glori-
 ficâvit illum in conspéctu
 regum, & jussit illi coràm
 pópulo suo, & osténdit
 illi glóriam suam. In fide
 & lenitâte ipsius sanctum
 fecit illum, & elêgit eum
 ex omni carne. Et dedit
 illi coràm præcépta, &
 legem vitæ, & disciplinæ:
 & excésum fecit illum.
 Státuit ei testaméntum

ætérum: & circumcínxit
 eum zona justítiæ, & ín-
 duit eum Dóminus corô-
 nam gloriæ.

IN NATALITIIS
 Apostolôrum & Evange-
 listârum, Epist. ut suis lo-
 cis in Próprio Sanctôrum.

IN COMMUNI
 unius Mart. Pontif.
 Léctio Epístolæ B. Jacó-
 bi Apóstoli.

Jac. 1. b

Charíssimi, Beátus
 vir, qui suffert
 tentatióem: quó-
 niam cum probâtus fúerit,
 accípiet corónam vitæ,
 quam repromísit Deus
 diligentibus se. Nemo cum
 tentâtur, dicat quóniam
 à Deo tentâtur. Deus
 enim intentâtor malôrum
 est: ipse autem néminem

Gg 2

ten-